



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

Die I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

*Virtus morumque integritas, mirè Heisterbaci cluxit, quando frugilitate vitæ, verâ patientia, religiosa asperitate, & per insignem sui mundique contemptum, ad virtutis Fastigium ita eniſus est, ut sotus virtus, torus demissio haberetur. O pulchram sancte & familiarem Santis artem, per humilia alta petere! Sic Comitem ipse in terris abiciens, in Cælo Regem induit.* Ex M. SS. Heister.

### APRILIS.

#### Die I.

**K**Alendis huius terras deseruit THEODORVS à Lurecke, naturæ gratiæque opibus planè insignis; qui Canonicatu Bonnensi relicto, totâ mente Heisterbaci humilem Cisterciensiu vitam regulâmq̄ amplexus est. Tentationibus pulsatus, age anime, aiebat; sancte pugnemus ut dulcissimo IESV Cordi vel sic jucunditatem, quam possumus, pariamus; dignus est IESVS, pro quo aspera omnia perferamus. Rarâ cibi parsimoniâ ad decrepitam usque ætatem usus: Documento mortalibus relicto, frugalitate vitæque Religiose asperitate non minui annos, sed augeri. Iamque Cæli delicijs sine fastidio satur sibi DEOQUE porrò victurus. Ex eius loci Necrologio.

#### II.

**I**N Fravvenkirchen apud Riparicos, B. GENOVEVÆ Comitis Palatine, quæ ex voto DEIPARÆ emissio